g *Contrariam autem ſententiam.*] Hanc ſtrenue Rolan.à Val.conſ.7.vol.4.& Burſ.toto conſ.15.defendunt, vide Gabr. tit. de clauſ. concl.7. & 8. *Gouean.*

2 *Contrariam † autem ſententiam, quod ſcilicet, vbi poſthumus fuit a teſtatore ignoranter præteritus, clauſula codicillaris nihil operatur.*] Quod clauſula codicillaris, poſthumo ignoranter à teſtatore præterito, nihil operetur, præter Doct. hoc loco citatos, tradunt Simon de Præt. de interpret. vlt. vol.li.2.ſolut.11.n.8. Mantic. de coniectur. vlt. vol. li.1.tit.10. Graſſ. lib.1.rec. ſent.§.codicillus, n.22. Menoch.conſ.499. li.5. & de præſumptionib.lib.4.præſumpt. 32. Fachineus lib. 4. controuerſ. iur. ca. 12. Arumæus Exercit. Iuſtin. 10.th. 8. Thadeus Piſo li. 3.var.reſol.c.3.n.10. cum ſeqq. & ceteri per hos adducti. Huiuſque opinionis hæc potiſſimum afferri ſolent argumenta. I. In
3 † teſtamento militis, quod iure communi confectū eſt, tacite ineſt illa clauſula; vt, ſi non poſſit valere iure communi, valeat iure militari, l.ſi miles, 3.ff. de teſtamento mil. Sed ſi filius ignoranter præteritus nihil operatur iſta clauſula: quia nullo iure valet. l.ſicut certi, 9.& l.ſeq. C. eo. Ergo idem dicendum eſt in teſtamento pagani, in quo expreſſa eſt illa clauſula codicillaris, ſi non valet, vel non valebit, &c.
4 II. Legata † non debentur à poſthumo ignoranter præterito, vbi alius hæres inſtitutus eſt, & ipſe cohæres efficitur: quia videlicet de eo teſtator non cogitauit, l.qui graui vtero. 11.& l penultim ff.de iur. codicill. Igitur multo minus fideicommiſſum ipſius hæreditatis debebitur.
Neq; enim veriſimile eſt, [d] defunctum teſtatorem voluiſſe poſthumo, de quo non cogitauit, tale fideicommiſſum iniungere, vt hæredi ſcripto reſtituat hæreditatem: cum contra officium pietatis ſit, filium ab hæreditate excludere. l.2.& l. Titia 13.ff. de
5 inoffic.teſt. can fin.cauſ.17.q.4. III. Donatio † inter viuos potentior eſt fideicommiſſo: quia nititur voluntate duorum, nimirum donantis, & donatarij: fideicommiſſum vero nititur voluntate vnius dumtaxat defuncti, arg. l.1.§.2.ff. de pact. At
6 donatio † inter viuos reuocatur natiuitate filiorum, l.ſi vnquā. 8.C.de reuocand.donationib. Ergo multo magis fideicommiſſum, ſuperuenientibus liberis, quos teſtator ſic habere ignora-
7 bat, reuocari debet. IV. Huc confert † textus in l.1 C.de codicillis. vbi rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, codicilli quoque ad teſtamentum pertinentes rumpuntur. Ergo ſimiliter clauſula codicillaris, quæ teſtamentum conuertit in codi-
8 cillos, vt rumpatur neceſſe eſt. Siquidem † paria ſunt codicillos ſimpliciter facere, & clauſulam codicillarem apponere, arg.l.ſi iure, 11.C.de teſt. manumiſſ. Vt ergo, rupto teſtamento, rumpuntur codicilli ſimpliciter facti: ita etiam, rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, debent rumpi codicilli proue-
9 nientes ex clauſula codicillari. V. Non † præſumitur teſtator voluiſſe alienam ſobolem ſuæ anteponere: atque adeo bona ſua peruenire ad hæredes ſcriptos, excluſis filijs proprijs, arg.l. cum auus, 102.ff. de condit.& demonſt.l.ſi is, qui ducenta, 13. in fin.ff.de reb.dub.l.cum acutiſſimi, 30. C. de fideicommiſſ. l. generaliter, 6. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitut. Videretur autem illud voluiſſe teſtator: ſi clauſula codicillaris in noſtra ſpecie id efficeret, vt filius poſthumus exiſtimaretur eſſe grauatus fideicommiſſo bona reſtituere ſcriptis hæredibus.
10 Huic concluſioni non aduerſatur, quod † per clauſulam codicillarem (præſertim quando concipitur per verba futuri temporis) teſtator videatur in genere, & implicitè ſaltem cogitaſſe de omnibus venientibus ab inteſtato, tam natis, quam naſcituris, & etiam ignotis, arg.l.qui iure militari, 7.ff.de teſt.milit. adeoq; cēſeatur omnes eos rogaſſe in caſu, quo ſucceſſuri eſſent, l. ſi quis, 3. & l. ab inteſtato, 16. ff. de iur.codicillor. Etenim ſermone generali nunquam intelligitur contineri id, quod veriſimiliter quis in ſpecie non dixiſſet, arg.l. obligatione generali 6.ff. de pignorib. & hypothec.
11 Sic † quoque ſermone generali nunquam intelligitur facta excluſio filiorum, niſi ſpecialiter excludātur cum commune ſit parentum votum liberos potius, quam alios, ad hæreditatem, & bona ſua vocare. Lex ratio.7.ff.de bon. dānat. Neque mouent quicquam verba clauſulæ codicillaris, futurum tēpus reſpicientia. Quia cum teſtamentum poſſit nō valere ex alijs cauſis, quā ex cauſa prętęritionis poſthumi, ignoranter prętęriti, puta per mortem hæredis contingentē ante obitum teſtatoris, per non aditionem, aut repudiationem hæreditatis, propter incapacitatem prouenientem ex delicto, & multis alijs modis: non recte dicitur, neque valet conſequentia: poteſt iſte caſus ſub tali generalitate comprehendi: ergo
12 comprehenditur. Nec † ad rem pertinet d.l. qui iure militari. 7.ff.de teſt.mili. Quia quādo miles iure militari teſtatur: de eius voluntate clare conſtat. Quod ſecus eſt in noſtro caſu, vbi contrarium apparet: tum propter commune votum parentum: tū quod clauſula codicillaris non debet trahi vltra cogitationem, quam teſtator in teſtamento habuit. Vnde non ſumus in dubio: & licet in dubio verſaremur: non tamen ita fauendum eſſet teſtamentis, vt fauorem filiorum excluderemus quemadmodum annotauit Piſo d.lib.3.variar.reſol.c.3.n.9. Idq; fuſius perſequuti ſumus ad d.§. 1.Inſtit.de codicil.n.11.& ſeq. *Harprec.*

tera E, li.3.& conſ.225.in lit-
g *tera Q, eod.vol. Contrariam* g *autem ſententiam, quod ſcilicet vbi poſthumus fuit à teſtatore ignoranter præteritus, clauſula codicillaris nihil operetur, tenuit Bart.in l.1.n.10.ff.de iure codicill. Et hanc opin. dixit eſſe communem Barbat.conſ.60. col.10.lib.2. quem refert, & ſequitur Curt.iun.in d. Auth. ex cauſa, num.70. Ioan.Dilect. de arte teſtan.tit.30.caut.10. nu. 3.Guliel. de Bened.in parte repeti.c.Raynutius fol.206.num. 247. Rubeus conſ.112. n.2.& conſ.25.n.2.& ſeq. referens ita etiam atteſtari Aret. in conſil. 24.col.1. Soc.iun. conſ.154.in princ. lib.2. Apoſt. ad Alex.in d.conſ.26.ſub nu.5.lib.1. Et dicit Ripa in repet.l.ſi vnquam, poſt nu.44. quod plures Doctores maiores auctoritate tenent cum Bart. & hanc opin. ego ſemper tenui tanquam æquiorem, & veriorem, & quæ hodie proculdubio eſt magis communis: & illam, ſi caſus contingeret, intrepide ſequerer iudicando, & conſulendo. Quæ etiam multo magis ſequenda eſſet, vbi tractaretur de auferendo huic poſthumo ignoranter præterito, maiorem, vel etiam æqualem partem hæreditatis: tunc enim iudicio meo impium eſſet dicere, quod clauſula codicillaris aliquid operaretur. Et in hoc caſu opi.Bar. eſſe magis communem fatetur Aret.conſ. 188. quod eſt conſ.vlt.n.7. Soc. conſ. 94.nu.35.in fi. lib. 4. Et in ſpecie, quando pater non ha-*
h *bēs filios, fecit magna* [h] *legata, quod nato deinde poſthumo prę terito, teſtamentum non ſoſtineatur, dicit eſſe communem Iuriſconſultorum huius ætatis olim celeberrimus D. And. Alciatus præceptor meus, in tractat. de præſumpt.in 1.reg.in 13.præſumpt.nu.1. Ego vero, vt dixi, teneo indiſtincte concluſionem Bar. ſiue legata ſint magna, ſiue parua, & ſiue teſtator de futuris liberis cogitauerit, ſiue non: & conſequenter, ſiue clauſula ſit cōcepta per verba prę ſentis temporis, ſiue etiam per verba futuri temporis: & ſiue teſtator poſt agnationem poſthumi ſuperuixerit, ſiue non: & ab iſta opinione in pract. non recedas, quæ, vt dicit Soc. in loco præallegato, eſt magis æqua rationabilis, fauens filijs, & ſecundum veriſimilem mentem teſtantis: & illam in facto ſecuti fuerunt iudicando duo Senatores huius Senatus Mediolani, vt refert Iaſ. in dict. ex cauſa, nu.24.& intellexi, quod hanc opinionem indiſtincte vti veriorem, & humaniorem ſemper ſecutus eſt Senatus. Et hic fuit primus articulus, ſuper quo conſului, poſt aſſumptas inſulas Doctoratus, & ita fuit iudicatum. Vide, quę dixi ſupra q.52.verſicul. Sed quid ſi poſthumus.*

h *Fecit magna legata.*] Et an præteritione poſthumi ignorāter facta, conſeruentur legata in magna quantitate? Vide vtrāq; communem coll.mea comm.opi. in verb.præterito, nu.2.3. vbi adduxi Dec.referentem DD.variantes in iſta quæſtione, quam limitat duobus in caſibus, quos apud eum videto. *Giach.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filio à matre, vel aſcendentibus per lineam maternam præterito, an teſtaentum valeat.*

Ex Additionibus.

1 *Mater, vel auus maternus, &c. liberos ſuos, præterire poſſunt.*
2 *Mater, & auus maternus filios in poteſtate non habent.*
3 *Ius prætorius ſubſequitur ius ciuile.*
4 *Quo remedio matris, auiue materni teſtamentum impugnetur.*
5 *Ecquid filio à matre, vel aſcendentibus per lineam maternam præterito, hodie teſtamentum valeat.*
6 *Iura vetera, ſpecialiter non correcta, merito adhuc vigere, iubentur.*

ADDITIONES.

De *filio per patrem præterito.*] Sed quæro hic, quantum detrahet præteritus, quando reſtituit hæreditatem hęredi ſcripto? vide, & dic per Iacobi.de Sanct. Georgio in di. Aathent.ex cauſa.nu. 26. qui nu. 30. ponit illā pulcherrimā dubitationem. An irrito teſtamento, ex quo filius fuit ignoranter prętęritus, cōſeruēter legata facta in teſtamēto patris: de qua ibidem per eū & per Rip. in alleg. quęſ. præced. *Giachar.*

b *Quæro nunc, quid de filio per matrem, aut aſcēdentes per lineam maternam præterito.*] Conſtat manifeſtè ex §.fin. Iuſtit. de exhæredat. liberorum
1 matrem, vel † auum maternum, & ceteros per matrem aſcendentes, non cogi liberos ſuos hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſe eos ſilentio præterire, vel omittere: hancque præteritionē pro exhæredatione accipiendam eſſe: idque tam iure ciuili, quam prætorio, l.illud 4. §.2. ff. de bonorum poſſeſſ.
2 cont. tabul. Eiuſque ratio non obſcura eſt: quoniam † filij non ſunt ſui hæredes matri, aut auo materno: quippe cum hi non habeant illos in poteſtate. §.fœminę. 10. Inſtitut. de adoptionibus.§.cæteri.3.Inſtitut. de hæred.qual. & different. Iure verò prætorio hæc eſt ratio: quia illud ſubſequitur ius ciuile. l, ſcio.
3 14. ff. de teſtibus. Quamuis † autem liberis à matre, vel auo materno præteritis, neque ciuili, neque prætorio iure, quo prętęritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſſio conceditur, ſuc-
4 curſum ſit: tamen aliud illis adminiculum, ſcilicet † querela inofficioſi teſtamenti (quam Iuſtinianus Imperator vocat vltimum adiutorium, in l.vltim. circa medium, C.de liberis prętęritis) ad impugnandum matris, auiue materni teſtamentum ſeruatur, l.3. & l. filium, 15.C.de inoffic.teſtamen. d.§.fin.Inſtitut.de exhæredat.liber. iuncto principio Inſtitut. de inoffic.teſtam. Ceterū hęc iura, vtpote vetuſtiora, per Nouel.115.c.3. hodie correcta eſſe; adeòq;
5 filios à matre, vel ceteros liberos à parentibus maternis ſimpliciter præteritos, teſtamentum dicere nullum poſſe, poſt Clarū hic noſtrum, ceteri Scribentes communiter tradunt Gomeſ. tom.1. var. reſolut.iur.ciuil. c.11.nu. 35. Graſſus libr.1.recept. ſentent.§.teſtamen.q.36. num.1. Thadeus Piſo lib. 2.var.reſolut.c.6.num.7. Mynſingerus, & Vulteius num.3. in d. §.fin. Inſtitut.de hæredit. liberor.
6 At † cum iura iſthæc vetera, per dictā Nouellam conſtitutionem, nō inueniantur ſpecialiter, & nominatim correcta; merito adhuc vigere iubentur, l.præcipimus, 32. §. vlt. C.de appell. l.ſancimus, 27.C.de teſt. Duaren.ad tit.ff.de inoffic.teſtam.c.3. & ad tit. ff.de liber. & poſthum.hæred.inſtit. cap.3. Cuiac.in l. 4.circa fin. ff.eod. Donell.in Auth.ex cauſa.nu.5.C.de lib.prętęrit. D.Collega Bocer. claſſ.3. diſput.3. the.19. edit. 2. Treutler.diſput.11.the.1.litt. C.vol. 2. Vaſquius de ſucceſſ.crea.lib.2. par.3.requiſit.29.declaratio.3.nu.268. Heigius in d.§.fin.nu.4. Inſtit. de exhæred. liber. Soarez in theſ.recept.ſentent.in verb. filij, nu.264. vbi plures citat. *Harprec.*

QVÆST. XLVII.

a *Hactenus de Filio per patrem præterito* [a] *dictū eſt: quę omnia etiam in auo, & alijs aſcendentibus per lineam paternam locum*
1 *habent; Quæro nunc,* [b] *quid*
b *de filio per matrem, aut aſcēdentes per lineam maternam præterito? Et in hoc fac concluſionem, quod mater tenetur inſtituere, vel exhæredare filium: alias, ſi filius ſit à matre præteritus, teſtamentum eſt nullum. Ita concludūt communiter Scribentes, vt dicit Sapia in Rubric. C. qui admitti, numero 58. Hanc tamen cōcluſionem intellige, vt procedat, quādo mater, vel auus maternus præterijt filium, vel nepotem in teſtamento, nulla inſerta cauſa. Nam eo caſu proculdubio teſtamentum eſt nullum. Et ita tenent communiter Doctores omnes vbique, vt dicit Corneus, conſil.118. in littera A. lib.2. Sed ſi in præteritione ſit inſerta cauſa legitima, eo caſu præteritio habetur pro exhæredatione. Ita dicit gloſſ. ordinaria, de qua ſupra in nonnullis locis feci mentionem, in §. exhæredatos, in verbo, Voluit. in Authentic. de hæred. & Falcid. quæ in hoc eſt communiter approbata, vt dicit Bertrand.conſil.1. num.4. libro 2. in 2. parte, & conſil.23. nu.2. eodem vol.*

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filij an liceat patrem, aut deſcendentes per lineam paternam præterire, aut exhæredare.*
2 *Et quid ſi teſtentur de peculio caſtrenſi.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus filijs liceat exhæredare, aut præterire parentes ſuos, remiſſiuè.*
2 *Nunquid filij militis teſtamentum ſubiaceat querelę inofficioſi, remiſſiuè.*

ADDI-

QVÆSTIO XLVIII.

1 Quæro nunc, quid è conuerſo, an liceat filijs exhæredare
a aut [a] præterire parentes ſuos? Reſpondeo diſtinguendum eſt inter patrem, & aſcendentes per lineam paternam; & matrem, & aſcendentes per lineam maternam. Quoad patrem, & aſcendentes per lineam paternam, dic, quod ſi pater eſt à filio exhæredatus ſine cauſa, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſi verò eſt adiecta exhæredationi cauſa ingratitudinis, valet teſtamentum mero iure: ſed ſi ipſa cauſa non probetur, poteſt à patre impugnari per querelam inofficioſi: ſi autem pater ſit præteritus à filio in poteſtate, tunc ſiue adiecta ſit præteritioni cauſa, ſiue non, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum. Si verò ſit præteritus ab emancipato, tunc ſi non eſt adiecta cauſa, pariter teſtamentum eſt ipſo iure nullum: ſed ſi eſt adiecta prȩteritione cauſa valet teſtamētum. ſed poteſt pater illud rumpere per contra tabulas. Et hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Gul. de Bened. in 1. par. repet. cap. Raynutius, fol. 207. num.251. in fin.

Et hæc omnia intellige, vt procedant nō modo ſi filius teſtetur de peculio quaſi caſtrenſi, de quo poteſt teſtari, nō obſtante, quod ſi filiusfamil. vt dixi ſup. q.18. ſed etiam, ſi teſtetur de peculio caſtrenſi. Nam hodie non poteſt filius in poteſtate condens teſtamentum, de peculio caſtrenſi, vel quaſi parentes ſuos præterire: alias ſi eos prætereat, ſiue cū cauſa ſiue ſine cauſa, teſtamentum eſt nullum; ſi verò eos exhæredet, eſt locus querelæ. Ita tenet gl. in l. fin. in verbo, teſtamenta, C. de inoffic. teſtament. & ita communiter tenetur, vt dicit Fulgoſ. in repet. Auth. ex cauſa, num.7. Hanc etiā opin. dicit eſſe communem Alexand. in l. nemo. in fin. C. qui teſtamen. fac. poſſ. Iaſ. in d. l. fin. nu.5. C. de inoffic. teſtamen. Curt. Iun. in d. Auth. ex cauſa, num.49. Ripa in l. Centurio, poſt nu. 43. ff. de vulgar.

ADDITIONES.

a Exhæredare.] De ſeptē cauſis, ob quas licet filijs exhæredare parētes dixi ſupra q. 41. ad quas Auctor infra ſe remittit, quæſt. ſeq. *Giach.*

An liceat filij exhæredare, aut præterire parentes ſuos.]
1 An † & quatenus filijs liceat patrē, vel aſcendentes per lineā paternam præterire, aut exhæredare: poſt Clarum noſtrum luculenter exponunt Anton. Gomez. to. 1. variar. reſol. iur. ciuil. cap. 36. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.20. nu.24. Mich. Graſſ. lib. 1. recept. ſentēt. §. teſtamentum, quęſt.45. num.1. Thadeus Piſo lib. 2. var. reſol. cap.10. num. 13. *Harprec.*

Sed etiam, ſi teſtetur de peculio caſtrenſi.] Num-
2 quid filij, † de bonis caſtrēſibus teſtantis, teſtamentū ſubiaceat querelæ inofficioſi, abundè explicatum eſt ſupra ad q.15. nu. 33. & ſeq. *Harpr.*

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filijs an liceat matrem, vel aſcendentes per lineam maternam, præterire, aut exhæredare.*
2 *Et quibus ex cauſis.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum filius poſſit matrem ſine cauſa præterire, remiſſiuè.*
2 *Propter quas cauſas liberi parentes exhæredare queant.*
3 *Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet.*
4 *Cur filij ex pluribus cauſis poſſint exhæredari, quàm parentes.*
5 *Nullus affectus paternum vincit.*
6 *Vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo.*
7 *Non æquum eſt, vt filius ſit cenſor morum patris.*

1 Quo verò ad matrem, vel aſcendentes per lineam maternam, Dic, quod filius
a non poteſt matrem ſine cauſa præterire, neque à legitima excludere. Ita communiter tenetur, vt dicit Gulielm. de Benedict. in 2. parte repet. capit. Raynutius, fol.46. poſt numer. 30. Ceterum cum cauſa bene poteſt, & talis præteritio pro exhæredatione habetur, §. sācimus, in Auth. vt cum de appellat. cognoſc.
2 b Quæ autᵇ ſint cauſæ propter quas filij poſſunt parētes exhęredare, aut præterire; vide in d. §. ſancimus. cum ibi not.

ADDITIONES.

a *Filius non poteſt matrem ſine cauſa præterire.*] Adde † idem
1 ſentientes Antonium Gomezium, tom.1. variar. reſol. iur. ciu. cap.11. nu.36. Fernandum Vaſquium de ſucceſſion. creat. §.20. numero 24. verſic. quod ſi mater, &c. Graſſ. libro primo, recept. ſent. §. teſtamentum, q. 45. numero tertio, & Piſonem libro ſecundo var. reſol. cap.10. nu.13. verſ. idem dicendum eſt, &c. *Harprec.*

b *Quæ autem ſint cauſæ, propter quas filij poſſunt exhæredare parētes,*
2 *&c.*] Liberi † parentes tantum propter octo cauſas exhæredare poſſunt. Prima eſt: ſi parentes ad interitum vitæ liberos ſuos tradiderint, ſiue eos criminaliter accuſauerit, Nouell. 115. capit.4. §. 1. vbi excipitur cauſa læſæ maieſtatis.

Secunda eſt: ſi parentes veneuis, aut maleficijs, aut alio modo vitę liberorum inſidias ſtruxerint. dict. Nouell. 115. capit.4.
3 §.2. Hodie enim ſublato vitæ, uecíſque iure, l.3. & l. vlt. C. de patr. poteſt. patria poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere, l. diuus 5. in fin. ff. ad l. Pomp. de parricid.

Tertia eſt: ſi pater nurui ſuæ, aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit. d. Nouell. 115. c.4. §.3.

Quarta eſt: ſi parētes liberos ſuos in rebus illis, in quibus habent teſtandi licentiam, puta caſtrenſibus, vel quaſi teſtamentū condeqe prohibuerint. d.c.4. §.4.

Quinta eſt: ſi mater patri, vel matri pater veneno, aliove modo inſidiatus fuerit, vel ad interitum, vel ad mentis alienationem. Tunc etenim filijs permittitur, nihil in ſuo teſtamento illi perſonæ relinquere, quæ tale ſcelus noſcitur commiſiſſe. dict. cap.4. §. 5.

Sexta eſt, ſi parentes liberos furore correptos curare, & alere neglexerint. d.c.4. §.6.

Septima: ſi liberos captiuos non redemerint. dict. cap.4. §.7.

Octaua, & vltima cauſa eſt: ſi parentes ſint hæretici, d.c.4. §.8. vbi Iuſtinianus ſubijcit, omnia in liberorū perſona ſeruari debere, quę ſupra in parētibus dicta ſunt. Ratio au-
4 tem diuerſitatis, cur † filij ex pluribus cauſis exhęredari poſſint, quam parentes, hæc reddi ſolet: quia maiorem affectionē habent parētes erga liberos
5 quàm liberi erga parentes: cum † amor deſcendat, non aſcēdat, nulluſque affectus paternum vincat: & parentes magis liberos ſuos, quàm ſeipſos diligant, l. fin. in princ. ibique Gothfred. C. de curatore furioſ. §. vltim. Inſtitut. de noxalib. actionib. l. iſti quidem. 8. in fin. & inibi Accurſ. ff. quod met. cauſ. Schneidevuin.
6 ad princ. tit. Inſtitut. de exhæredat. liber. num.22. Aſt † vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo. Vnde fit, vt liberi pluribus ex cauſis ingrati fiant erga parentes, quàm parentes erga liberos: & conſequenter pluribus ex cauſis exhæredentur, Iaſon in auth. non licet. C. de liber. prȩter. Speckhan. cent. 1. q.95. in fin. Quinimò quædam iure patriæ poteſtatis, vel naturæ parentibus in liberos permiſſa ſunt: quæ è coutrario liberis prohibentur:
7 Quid † enim, ſi pater filium verberauerit, vel ei conuicium fecerit: an non æquiſſimum eſt; hoc patri condonetur? At nō vice verſa æquum eſt, vt filius ſit cenſor morum patris. Nam lex erubeſcit caſtigatores filios genitoribus ſtatuere, auct. Iuſtin. Nouell. 22. c.24. *Harpr.*

QVÆ-

QVÆSTIO L.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Frater à fratre præteritus, aut exhæredatus, non impugnat eius teſtamentum, niſi in eo ſit inſtituta turpis perſona.*
2 *Et an rumpatur eo caſu in totum, an autem vſque ad legitimam tantum.*
3 *Et quid ſi aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem perſonam hæredem inſtituerit.*

Ex Additionibus.

1 *Quænam perſona dicatur turpis adhoc, vt ſi inſtituatur in teſtamento fratris, frater præteritus querela inofficioſi agere poſſit.*
2 *An ſpurius ſit infamis & turpis, adeo vt, eo hærede inſtituto, querela iſthæc locum habeat.*
3 *Nemo debet alterius odio prægrauari.*
4 *Alteri per alterum iniqua conditio non inferenda.*
5 *Crimen paternum filio nullam maculam infligere poteſt.*
6 *Sententia can. nunquam. 3. diſtinct. 56.*
7 *Sententia can. dominus, 7. diſtinct. 56.*
8 *Sententia can. naſci, 4. diſtinct. 56.*
9 *Conſideratio l. ſpurij, 6. ff. de decurionib.*
10 *Infamibus portæ dignitatum non patent.*
11 *Qui nihil admiſit, is infamia non poteſt dici notatus.*
12 *Quis infamia facti laborare dicatur.*
13 *Infantes, vtpote doli, & culpæ incapaces, peccare non intelliguntur.*
14 *Refutatio contrariorum.*
15 *Sententia l. fratres, 27. C. de inoffic. teſtam.*
16 *Senſus l. generaliter, 3. §. 2. ff. de decurionib.*
17 *Quinam recipiantur in numerum Aſſeſſorum, Aduocatorum vel procuratorum in Camera Imperiali.*
18 *Ecquid virgo, quæ vi amoris coacta, amanti copiam ſui fecit, cēſeatur meretrix, turpiſq; perſona, vt hæres inſtitui nō poſſit.*
19 *Meretrix quæ proprie dicatur.*
20 *Amor, & furor æquiparantur.*
21 *Amor ipſo igne potentior.*
22 *An querela, quæ competit fratri, turpi perſona inſtituta, reſcindat teſtamentum in totum, an vero dūtaxat pro parte, remiſſ.*

QVÆST. L.

Succeſſiuè quæro, quid in collateralibus? Reſpo. quod in illis non eſt tractandum de præteritione, aut exhæredatione. Non enim tenetur frater fratram in teſtamento hæredem inſtituere. Et ideo,
1 ſiue frater ſit præteritus, ſiue
a exhæredatus, [a] ſeu non exhæredatus, non poteſt aliquo modo teſtamentum fratris impugna-
b re: vno [b] tantum caſu excepto, quando ſcilicet frater aliquam turpē perſonam hȩredem inſti-

ADDITIONES.

1 *Siue exhæredatus.*] Ponæ, frater contra fratrem commiſit cauſam vnam de cauſis ingratitudinis: de quibus in Authent. de nupt. verſ. ingratitndinem. Et frater, contra quem commiſſa fuit ingratitudo, nō fecit teſtamentum: an frater ingratus ſuccedet ei? vide per Iac. de S. Georg. Auth. non licet, num.2. C. de liber. præter. vbi quod ſic, ex quo cenſetur ſibi remiſſa iniuria, cum non condiderit teſtamentum. *Giach.*

b *Vno tantum caſu excepto, quando ſcilicet frater aliquam turpem perſonam*
1 *hæredem inſtituit.*] Hoc loco addendum, quænam † perſona dicatur turpis ad hoc, vt ſi inſtituatur in teſtamento fratris, frater præteritus querela inofficioſi agere poſſit. Breuiter autem ſciendum; quod quilibet infamis infamia iuris cenſeatur eſſe turpis, veluti condemnatus per ſententiam ex aliquo delicto publico, vel ex delicto priuato in trib. caſibus, videlicet furti, vti bonorum raptorum, & iniuriarum, vel ex contractu in quattuor caſibus, ſcilicet ex dolo commiſſo in contractu depoſiti, pro ſocio, mandati & tutelæ & ſimiles, de quibus in l. 1. & ſeqq. ff. de his, qui notant. infam. leg.2. l. improbum fœnus, 20. & tut. tit. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. Sed & turpis perſona dicitur in materia præſente infamis infamia facti, cuius opinio ratione officij, vitæ, vel morum, apud bonos & graues viros eſt grauata, l. ea, quæ 13. C. d. tit. & l. 2. C. de dignitat. & notar Gomeſius tom.1. var. reſol. iur. ciu. cap.11. num.38. eumq; referens Thadeus Piſo lib.2. var. reſol. cap.13. num.21.

2 Hic quæri † non inconuenienter poterit: an ne talis perſona ſit etiam ſpurius, ita vt ſi fuerit, præteritis fratribus, vel ſororibus, inſtitutus, teſtamentum querela inofficioſi impugnari queat? Et ſane multi affirmant; ſpurium, quantumuis re & vita honeſtum, non quidem laborare infamia iuris, ſed tamen infamia facti; & conſequenter locum querelæ eſſe, ex remedio l. fratres, 27. C. de inoffic. teſtament. ibique Iaſon num.10. Azo in ſumma eo. ex quib. cauſ. infam irrog. nu.4. & poſt eum Bart. Bald. Alex. & alij in l. & ſi pepercerit, 3. ff. de liber. & poſthum. hæredib. inſtit. Afflict. deciſion. 125. & 204. Gozadin. conſ.85. Curtius Iun. conſ.37. Theſaurus deciſ. 126. num 5. Ancharan. Iun. quæſt. familiar. lib.3. quæſt.36. num.8. hoſq; referens Piſo d. lib. cap.13. num 22. verſ. contrariam tamen ſenten-
3 tiam, &c. Sed † quo minus huic opinioni ſubſcribam, ſequen-
4 tia potiſſimum efficiunt argumenta. I. Quia † nemo debet alterius odio prægrauari, cap non debet 22. de reg. iur. in 6. & alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, l. non debet alteri, 74. ff. de reg. iur. Atqui ſi teſtamentum, in quo ſpurius eſt inſtitutus, poſſet à fratre querelari (vti loquuntur) ſiue impugnari: ſpurius grauaretur odio patris, & inferretur ei iniqua conditio per patrem. Ergo dicendum eſt: quod que-
5 rela impugnare non poſſit. II. Quia † in iure, ac ratione naturali fundamentum eſt axioma, crimen paternum nullam maculam filio infligere poſſe: ſed vnumquemque ex ſuo admiſſo ſorti ſubijci; nec alieni criminis ſucceſſorem quenquam conſtitui, docente Calliſtrato in l. crimen. 26. ff. de pœnis. Iam vero propter crimen paternum macula ſpurio inureretur, ſi propterea, quod extra coniugium natus eſt, infamia laborare deberet. III.
6 Huc † non parum facit textus in can. nunquam 3. diſtinct.56. vbi D. Chryſoſtomus non minus vere, quam eleganter, De vitis, inquit, nunquam erubeſcamus parentum: ſed illud vnum quæramus, & ſemper amplectamur, virtutem videlicet. Item, ex meretrice natus & adultera, ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum non dedecoratur opprobrijs. IV. Et ideo
7 (tradente D. Hieronymo) Dominus † noſter Ieſus Chriſtus voluit non ſolum de alienigenis commiſſionibus, ſed etiam de adulterinis naſci, quo nobis magnam fiduciam præſtaret, vt qualicunq; modo naſcamur, dum tamen veſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus, can. dominus, 7. diſt.56. V. Quia † ſicut in ſeminibus non peccat terra, quæ confouet: non ſemen, quod in ſulcis iacet: non humor, vel calor, quibus temperata frumenta in germen abeunt: ita quoque naſci à ſceleratis, non eſt culpa eius, qui naſcitur, ſed illius, qui generat, can. naſci.4. di-
9 ſtin.56. VI. Accedit † textus in l. ſpurij, 6. ff. de decurionib. ex cuius principio triplex deduci poteſt argumentum. Primo, quod, cum ſpurij ad decurionatum admittantur, ſequatur, il-
10 los infames non eſſe. Deinde † infamibus, & turpibus perſonis portæ dignitatum ſunt clauſæ, l.2. C. de dignitatib. cap. penult. de reg. iur. in 6. Atqui ſpurij admittuntur ad dignitatem. Ergo
11 non ſunt infames. Tertio, quod † qui nihil admiſit, & cui nullus imputari poteſt dolus, nullaque culpa, is infamia non poſſit dici notatus: quoniam infamia eſt delicti & flagitij pœna, arg. l. aliud. 131. ff. de verb. ſignific. l. ſancimus, 22. C. de pœn. At nihil admiſit ſpurius, inque eo nulla eſt illegitimæ procreationis culpa, d. l. ſpurij, 6. in princip. ff. de decurionib. Nouell. 12. in princip. d. can. naſci. 4. diſt. 56. Igitur infamia non eſt nota-
12 tus. VII. Quia † cum infamia facti is laborare dicatur, cuius opinio, & exiſtimatio apud viros bonos, & honeſtos grauata eſt, dict. l. ea, quæſtio. 13. & l. verbum, 17. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrogat. inde conſequitur, ſpurium vita, & re honeſtum non poſſe dici infamia facti laborare: cum nulla ſit

cauſa,